

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1030

Jisewjin

Lovanio, 10 aprile 1972

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT
LEUVEN



Lovanii, die 10 Aprilis 1972

SEMINARIUM PHILOLOGIAE

HUMANISTICAЕ

LEOPOLDSTRAAT 22
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Carissime Pater Pigate!

Raptim tibi rescripsi, vix ex itineribus Hungarico et Batavo domum redux. Gratias pro votis et omnibus! Valeo et omnes domi valemus. Deo gratias.

Acta conventus Lovaniensis sub prelo sunt et pri-mae plagulae hisce ipsis diebus dimissae sunt. Quando tamen liber - plus mille: paginarum! - proditurus sit in lucem nondum pro certo scio. Scio autem qua in urbe proximus conventus futurus sit: Amstelodamum apud Batavos conveniemus diebus 19-24 mensis Augusti 1973. Hunc nuntium iam per vulges oro.

Pridie Kal. Oct. Romam petere non potero, quia eodem fere tempore eundum mihi est - iam diu pactum - Guelpherbytum apud Germanos. Saepius mihi iam accidit ut bilocatione vel etiam trilectione egerem. At nobis intra fines naturae humanae vita est degenda...

Vale et meo nomine etiam Rudolphum Amadeum saluta!!

t.t.